

Christophori Cartwrighti Mellificium	Hebraicum.	Josephus	Jo.
	Cartw.	Junius	Jun.
Castalio	Ca.	R. David Kimhi	K.
Coeceius	Coc.	Corn. à Lapide	La.
L. de Dieu	Di.	Lightfoot	Li.
Drusius	D.	Lyra.	L.
Drusii Animadversa	D. an.	Malvenda	Ma.
Observationes sacrae	D. ob. s.	Mariana	Mar.
Miscellanea	D. Misc.	Jos. Medus	Med.
De Quaesitis per epist.	D. qu.	Menochius	Me.
Proverbia	D. Pror.	Mercerus	Merc.
Durhamus	Dur.	Mois	Mu.
Estius	E.	Munsterus	M.
Fulleri miscellanea	Ful. misc.	Osiander	Os.
Gatakeri Manuscripta	Ga.	Pembellus	Pem.
Gatakeri Adversaria	Ga. adv.	Pineda.	Pin.
Cinnus	Ga. Cin.	Piscator	Pi.
Gejerus	Gej.	Quidam	Q.
Genebrardus	Gen.	Rabbini	R.R.
Ghislterius	Chi. vel Ghis.	Rabbi Salomon, qui et Jarchi	R. S.
Giggeius	Gig.	Del-Rio	Rio.
Glassius	Glas.	Rivetus	Riv.
Glassii Grammatica	Glas. gram.	Salazar	Sal.
Rhetorica	Glas. reth.	Sanctius	San.
Grotius.	G.	Scultetu	Scult.
Hammondus	Ham.	Tirinus	T.
Hebraei	He.	Note Yatabli ad tigurina Biblia	Tig. not.
Hebraismus	His.	Yatablus	Y.
Hieronymus	Hi.		

Versiones.

Anglicana	Ang.	Ariae Montani	Mo.
Aquila	Aq.	Munsteri	M.
Arabica	Ar.	Osiandri	Os.
Belgica	Belg.	Pagnini	P.
Chaldaica	Chald. vel Targ.	Piscatoris	Pi.
Chald. Onk.	Onk.	Septuaginta	s.
Chald. Jon.	Jon.	Synnachi	Syn.
Castalonis	Ca.	Syriaca	Sy. vel Syr.
Gallica sive Genevensis	Gal. vel Genev.	Theodotionis	Th.
Junii	Jun.	Tigurina	Ti.
Junii et Tremelli.	J. T.	Vulgata Latina	Vulg.
Malvenda	Ma.		

SYNOPSIS CRITICORUM ALIORUMQUE COMMENTATORUM IN JEREMIAE THRENOS, SEU LAMENTATIONES.

Prolegomena.

De auctore nemo dubitat plus, cum in Bibliis praefixum sit Jeremiae nomen (San.). Valde fuit aptus ad tradenda et repraesentanda quae affectus excitant Jeremiae. Apparet id et ex scriptis ejus propheticis, et inde quod in

Josia regis mortem lessum fecit, ut didicimus 2 Paralip. 35, 25 (G.). Hi Threni iidem sunt qui in funere Josiae conditi dicuntur 2 Paralip. 35. Ita statuerunt Jos., Antiq. 1, 6, et Chaldaeus, et Hieron., et Rabanus et Mald. (San.). Sed crassus hic error est (Calv.). Multa hic narratur quae Josiae non conveniunt. Neque eo tempore omnes hominum ordines ita vexati sunt, aut temerata sacra, etc., ut hic refertur. Compositus ergo est hic liber, cum gens Judaea vel obsessa fuit, vel abducta (San.); post urbem excisam, et populum in exilium abductum. Deflet hic cladem gentis suae (Calv.); idque tam patheticè, ut cum hoc libro comparata tragica Senecae, etc., vix umbra sint et ludi. (Proleg. in Bib. max.) Argumentum horum *Threnos*, ut et Septuaginta in capite annotarunt, excidium urbis, et deportatio populi (G.). Etsi hic liber non unam tantum calamitatem Judaeorum deflet, sed multiplices, inde à Josiae temporibus usque ad excidium regni et populi: non dubium est tamen (ut auctor est Esdra, 2 Paral. 35, 25) quin occasione mortis Josiae à propheta fuerit conscriptus, et Ecclesiae traditus. Nam cum vidit propheta (qui prius de regni excidio prophetaverat) Josiam occisum, etc., ex istis malorum gravissimorum primordiis lamentum conscripsit, quo tum res praesentes, tum etiam successuras alias, comprehendit, ut praemonita Ecclesia tunc respiceret, etc. (Jun.). Hic quoque liber poeticis addendus: scriptus est enim metris (G.). Certum est, poeticis constare numeris, quantum nihil de antiqui Hebraeorum poesi certum sit (San.). Per alphabetum hic digesta sunt omnia, excepto ultimo capite: haec tamen differentia, quod primum, secundum et quintum (lege, quartum, alioqui nec veritas nec sensus constat), capita singulis litteris singulos dant versus; caput tertium, tertios (G.). Factum hoc, forsitan, ut facilius disceretur, et memoria teneretur (V.). Notandum autem in 2, 5 et 4 capite inversum ordinem litterarum Ξ et Υ , et Ξ contra morem praecedere: cuius rei non aliam possum conjectare rationem, quam quod Chaldaei alio ordine sunt usi quam Hebraei; sicut et Arabes aliter digerant litterarum ordinem. Itaque primo capite loquitur Jeremias ut Hebraeus; sequentibus, ut Chaldaeorum subditus (G.). Sed haec conjectura parum probabilis est, quod Chaldaei, Hebraeos litteras omnes et solas retinentes, ceteras omnes parili ordine recenseant cum Hebraeis (Calor.). Est hic liber apud Hebraeos sine nomine, nisi quod à primâ ipsius dictione nominant *Eka*, id est, *Quomodo*. In commentariis tamen appellant eum *Kinath Lamentationes* (V. ex M.). A Septuaginta autem dicitur *Threnoi*, quod lamentationes, seu fetus significat (V.).

CAPUT PRIMUM.

Et factum est, postquam in captivitate redactus est Israel, et Jerusalem deserta est, sedit Jeremias propheta fens, et plaxit lamentatione hac in Jerusalem; et amaro animo suspirans, et ejulans, dixit:

1. N ALEPH. Quomodo sedet sola civitas plena populo? Facta est quasi vidua domina gentium; princeps provinciarum facta est sub tributo.

2. BETH. Plorans ploravit in nocte, et lacrymae ejus in maxillis ejus: non est qui consoletur eam ex omnibus charis ejus: omnes amici ejus spreverunt eam, et facti sunt ei inimici.

3. GIMMEL. Migravit Judas propter afflictionem et multitudinem servitutis: habitavit inter gentes, nec invenit requiem: omnes persecutores ejus apprehenderunt eam inter angustias.

4. DALETH. Vie Sion lugent, eò quod non sint qui veniant ad solemnitatem: omnes portae ejus destructae, sacerdotes ejus gementes: virgines ejus squaefactae, et ipsae oppressae amaritudine.

5. HE. Facti sunt hostes ejus in capite: inimici ejus locupletati sunt: quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum ejus: parvuli ejus ducti sunt in captivitate ante faciem tribulantis.

6. VAV. Et egressus est à filia Sion omnis decor ejus: facti sunt principes ejus velut arietes non inveniendes pasceat: et aberunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.

7. ZAIN. Recordata est Jerusalem dierum afflictionis suae, et praeparationis omnium desiderabilium suorum, quae habuerat à diebus antiquis, cum caderet populus ejus in manu hostili, et non esset auxi-

CHAPITRE PREMIER.

Après que le peuple d'Israël eut été mené en captivité, et que Jérusalem fut demeurée déserte, le prophète Jérémie fondant en larmes s'assit, et fit ces lamentations sur Jérusalem, soupirant dans l'amertume de son cœur, et disant avec de grands cris:

1. ALEPH. Comment cette ville si pleine de peuple est-elle maintenant assise solitaire? La maîtresse des nations est devenue comme veuve; la reine des provinces a été assujétie au tribut.

2. BETH. Elle n'a point cessé de pleurer pendant la nuit; et ses yeux sont trempés de larmes; de tous ceux qui lui étaient chers il n'y en a pas un qui la console; tous ses amis l'ont méprisée, et sont devenus ses ennemis.

3. GIMMEL. La fille de Juda s'est retirée en d'autres pays à cause de la servitude insupportable qui l'affligeait; elle a demeuré parmi les nations; mais elle n'y a point trouvé de repos; tous ses persecuteurs se sont saisis d'elle dans son extrême douleur.

4. DALETH. Les chemins de Sion pleurent, parce qu'il n'y a plus personne qui vienne à ses solennités; toutes ses portes sont détruites; ses prêtres ne font que gémir; ses vierges négligent leur parure; et elle est plongée dans l'amertume.

5. HE. Ses ennemis se sont élevés au-dessus d'elle; ceux qui la haïssaient se sont enrichis; parce que le Seigneur l'a condamnée, à cause de la multitude de ses iniquités; ses petits enfants ont été emmenés captifs devant l'ennemi qui les chassait.

6. VAV. Tout ce que la fille de Sion avait de beau lui a été enlevé; ses princes sont devenus comme des bœufiers qui ne trouvent point de pâturages; et ils ont marché languissants devant l'ennemi qui les poursuivait.

7. ZAIN. Jérusalem s'est souvenue des jours de son affliction, de ses préparations, et de tout ce qu'elle avait eu dans les siècles passés de plus désirable, lorsque son peuple tombait sous la main en-

liator: viderunt eam hostes, et deriserunt sabbata ejus.

8. **IN HIERU.** Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est: omnes qui glorificabant eam, spreverunt illam, quia viderunt ignominiam ejus: ipsa autem gentes conversa est retrorsum.

9. **UT TERH.** Sedes ejus in pedibus ejus, nec recordata est finis sui: deposita est vehementer, non habens consolatorem: vide, Domine, afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus.

10. **UT IOD.** Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus: quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus preceperas ne intrarent in ecclesiam tuam.

11. **UT CAPH.** Omnis populus ejus gemens, et querens panem: dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocilandam animam: vide, Domine, et considera, quoniam facta sum villis.

12. **UT LAMED.** O vos omnes qui transitis per viam, attendite, et videte si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemavi me, ut locutus est Dominus, in die iræ furoris sui.

13. **UT MEM.** De excelso misit ignem in ossibus meis, et erudit me: expandit rete pedibus meis: contortit me retrorsum: posuit me desolatam, totâ die merore confectam.

14. **UT NUN.** Vigilavit jugum iniquitatum mearum: in manu ejus convolante sunt, et impositæ collo meo: infirmata est virtus mea: dedit me Dominus in manu de qua non potero surgere.

15. **UT SAMEH.** Abstulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei: vocavit adversum me tempus, ut contereret electos meos: torcular calcavit Dominus virginem filiam Juda.

16. **UT AIN.** Idcirco ego plorans, et oculus meus deducens aquas: quia longè factus est à me consolator, convertens animam meam: facti sunt filii mei perditii, quoniam invaluit inimicus.

17. **UT PE.** Expandit Sion manus suas: non est qui consolator eam: mandavit Dominus adversum Jacob in circuitu ejus hostes ejus: facta est Jerusalem quasi polluta menstruis inter eos:

18. **UT TSABE.** Justus est Dominus, quia os ejus ad iracundiam provocavi: audite, obsecro, universi populi, et videte dolorem meum: virgines meæ et juvenes mei abierunt in captivitatem.

19. **UT KOPH.** Vocavi amicos meos, et ipsi deceperunt me: sacerdotes mei et senes mei in urbe consumpti sunt: quia quaesierunt cibum sibi, ut refocillarent animam suam.

20. **UT RESCH.** Vide, Domine, quoniam tribulator: conturbatus est venter meus: subversum est cor meum in memetipsâ, quoniam amaritudine plena sum: foris interfecit gladius, et domi mors similis est.

21. **UT SCHR.** Audierunt quia ingemisco ego, et non est qui consolator me: omnes inimici mei audierunt malum meum: letati sunt, quoniam tu fecisti: adduxisti diem consolationis, et fient similes mei.

22. **UT THAV.** Ingrediatur omne malum eorum co-

nemie, sans qu'il y eût personne pour la secourir: ses ennemis l'ont vue, et ils se sont moqués de ses fêtes de sabbat.

8. **IN HIERU.** Jérusalem a commis un grand péché, c'est pourquoi elle est devenue errante: tous ceux qui l'honorait l'ont méprisée parce qu'ils ont vu leur ignominie, et elle a tourné son visage en arrière, en gemissant.

9. **UT TERH.** Ses souillures ont paru sur ses pieds, et elle ne s'est point souvenue de sa fin; elle a été prodigieusement abaissée, sans qu'elle ait de consolateur. Seigneur, considérez mon affliction, parce que l'ennemi s'est élevé avec orgueil contre moi.

10. **IOD.** Les ennemis ont porté leurs mains à tout ce qu'elle avait de plus désirable: parce qu'elle avait vu entrer dans son sanctuaire des nations au sujet desquelles vous aviez ordonné qu'elles n'entreraient jamais dans votre assemblée.

11. **CAPH.** Tout son peuple est dans les gémissements, et cherche du pain; ils ont donné tout ce qu'ils avaient de plus précieux, pour trouver de quoi soutenir leur vie. Voyez, Seigneur, et considérez l'avilissement où je suis réduite.

12. **LAMED.** O vous tous qui passez par le chemin, considérez, et voyez s'il y a une douleur semblable à la mienne; car le Seigneur m'a traitée selon sa parole, au jour de sa fureur, comme une vigne qu'on a vendangée.

13. **MEM.** Il a envoyé d'en haut un feu dans mes os, et il m'a châtiée: il a tendu un rets à mes pieds, et il m'a fait tomber en arrière; il m'a rendue désolée et épuisée de tristesse pendant tout le jour.

14. **NUN.** Le joug de mes iniquités m'a accablée tout d'un coup. La main de Dieu en a fait comme des chaînes qu'il m'a mises sur le cou. Ma force a été affaiblie: le Seigneur m'a livrée à une main de laquelle je ne pourrai jamais me défaire.

15. **SAMEH.** Le Seigneur a retiré du milieu de moi peuple tout ce que j'avais d'hommes de cœur; il a fait venir contre moi le temps qu'il avait marqué pour réduire en poudre mes soldats choisis; le Seigneur a foulé lui-même le pressoir pour la vierge fille de Juda.

16. **AIN.** C'est pour cela que je fonds en larmes, et que mes yeux répandent des ruisseaux de larmes; parce que celui qui devait me consoler, en me redonnant la vie, s'est retiré loin de moi; mes enfants ont été perdus, parce que l'ennemi est devenu plus fort.

17. **PE.** Sion a étendu ses mains, et personne ne l'a consolée; le Seigneur a ordonné aux ennemis de Jacob de venir l'attaquer de toutes parts: Jérusalem est devenue au milieu d'eux comme une femme souillée de ses impuretés.

18. **TSABE.** Le Seigneur est juste, parce que je me suis attiré sa colère, en désobéissant à sa parole: peuples, écoutez tous, je vous en conjure, et considérez ma douleur; mes vierges et mes jeunes hommes ont été emmenés en captivité.

19. **KOPH.** J'ai appelé mes amis, et ils ont trompé mon espérance; mes prêtres et mes vieillards ont été consumés dans la ville, lorsqu'ils voulaient chercher quelque nourriture, pour ranimer leur âme.

20. **RESCH.** Seigneur, considérez que je suis dans l'affliction; mes entrailles sont émus; mon cœur est renversé dans moi-même, parce que je suis remplie d'amertume; l'épée tue mes enfants au dehors, et la mort semblablement dans les maisons.

21. **SCHR.** Ils ont su que je suis dans les gémissements: et il n'y a personne qui me console: tous mes ennemis ont appris mon malheur: et ils se réjoignent de ce que c'est vous qui m'avez réduite en cet état. Mais quand le jour sera arrivé auquel vous devez me consoler, ils deviendront semblables à moi.

22. **THAV.** Que tout le mal qu'ils ont commis se

ram te: et vindemia eos, sicut vindemasti me propter iniquitates meas: multi enim gemitus mei, et cor meum merens.

COMMENTARIUM

VERS. 1. — QUOMODO SEDET, (id est, vel, permanet (Q. in Angl.); vel, jacet, sive prostrata est (Me. Calv.), vel, sedet humi (Ang.), more lugentium (Ang. sim.) ut Esd. 9, 3; Lam. 2, 10 (Ang.): vel, *sedit*, (Mo. d.) *mansit*, (Ar.) *desidet*, (JT.) *sola*, vel, *solitaria*, (M. JT. Ar, etc.) id est, infrequens, orbata liberis, sive civibus; (Me.) *plena*, etc., *nulla*, vel, *copiosa*, (P.) *amplissima*, (JT. sim. Pi.) sub. *quondam*, (P.) *populo*, (Mo. etc.) aliquando *populosissima* (Ti.). Interrogatio admirantis (Pi. Me. Calv.), et commiserantis (Pi.), et rei indignitatem notantis (Calv.); q. d.: Quo tanto scelere hominum, quâ tantâ indignatione Dei, fieri potuit? (T.) Respondit huic descriptioni nummus temporibus facta similibus, id est, Vespasiani, ubi Judæa sedet plorans sub palmâ, in formâ captivæ (G.). QUASI VIDUA. Derelicta à sponso suo; id est, vel Deo (Sam.), vel rege (M. T.). DOMINA, etc., *nulla*, vel *ampla illa*, (Pi.) etc., *magna* (V.) in GENTIBUS, vel inter gentes, (Mo. Pi., etc.) cui scilicet tributa pedebant gentes, Ammonitæ, Moabitæ, Palestini, etc. (M.) PRINCIPES, vel, *domina*, (P. Ti.) *præcipua*, (Ar.) PROVINCIALEM, vel, *inter provincias*, (JT. Pi.) Illa urbs quæ Ammonitis, Moabitibus aliisque imperaverat (G.).

VERS. 2. — IN NOCTE, q. d.: Non modò interdixi, sed et nocte (Pi.), quæ tamen nobis concessa est ad quietem (Calv. sic Pi.). Vel, *nocte*, quæ, ob solitudinem, vacationem à labore (Me. T.), tenebras (T.), et silentium, aptior est lacrymis (Me.). Vel, *in nocte*, nempe afflictionis, ut Amos 5, 8; 18, 20 (Ang.). LACRYME EJUS, in, etc., *super*, vel, *in*, (M.) vel, *dehullunt*, *in*, (P. sim. JT. Pi.) vel, *sunt super* (Ang.), *CENAS*, vel, *maxillas*, (P. JT. Pi. sic Mo. M., etc.) ita quidem vox significat, sed hic impropriè accipitur (Calv.); *EVUS* (Calv. Ang.) AMICI EJUS, vicinæ gentes (Me. Ang.); ut Idumæi (G. Ang.), vide ad Psal. 137, 7 (G.). MOABITÆ (Ang.), Assyrii et Ægyptii, olim confederati ejus (Ang. sim. Calv.).

VERS. 3. — MIGRAVI, vel 1^a in Babyloniam, eò deportatus (Pi.); vel 2^a ad vicinas gentes (T. sim. Me. Calv.), ad quas spontè fugerunt (Jun. sim. Calv.), PROPTER, etc., *pro afflictione*, vel, *propter afflictionem*, etc., (Mo. P. M. Ti., etc.) id est, vel 1^a *eo quòd ipsa afflicti pupillos et viduas, et cum duritiâ tractavit servos Hebræos*, (V. ex Ch.) vel 2^a quia oppressi erant, vel à suis regibus (Mar.); vel ab hostibus, propter quorum tyrannidem dispersi sunt Judæi hinc illinc: id hic significat, deinde gradatim progreditur ad exilium (Calv.), vel 3^a *pro afflictione*, sub. à Chaldeis perpressâ (Q. in V.). Alii *pro afflictionem*, etc.; $\text{ut hic non } \text{præ}$, sed *per*, sign. (G.) Strig. locum sic reddit: *Juda captiva detinetur in calamitate et tristi servitate*; Ca. sic: *Relegata præ miserâ servitutisque magnitudine Judæâ. APPREHENDERENT EAM INTER*, etc., *inter angustias*, (Mo. P. Ti. JT. Calv. Ca., etc.) propriè, *angiportus*, (M. V.) vel, *macerias*, (M. ex K. V.) duas, unam hinc,

présente devant vous. Traitez-les comme une vigne qu'on vendange, comme vous m'avez traitée à cause de mes iniquités; car mes soupirs redoublent sans cesse, et mon cœur est dans une extrême affliction.

et alteram inde (V.); unde nequeat effugere (V. sim. Calv. Ang.). Metaphora à venatoribus, vel latronibus, qui prædam suam in angustis locis invadunt, etc. (Ang.).

VERS. 4. — LUGENT, q. d.: Deserte, solitaria, infrequentes sunt (Me. sim. Ang.), quasi lugerent (Ang.). QUOD NON SINT QUI VENIANT AD SOLEMNITATEM, (P. M. JT., etc.) vel, *solemnitates*, (Pi.) vel, *status ferias* (Ti. V.) Pascha, Pentecosten, Scenopegiam (G. D. anim. 2, 2). Deest 7 , vel, 8 (V.). Alii ad templum, quod *solemnitas Dei* vocatur, Psal. 74, 4, 8 (D. ib. ex He.). ET IPSA, etc., sub. est, (M. Ca. JT. Pi.) *amaritudo ei*, (Mo.) vel, *sibi*, (JT. Pi.) vel, *in amaritudine*, (M.) *in merore*, (Ca.) affligit se amarissimo dolore (Pi.). *Et ipsi amaritudo est*, (P.) et quod ad ipsum attinet, *amaritudo est ei*, si 7 nomen sit, ut 1 Sam., 15, 52, vel, *amurum est ei*, si verbum sit, ut esse potest. Vide Ruth. 4, 15, *amaritudo*, pro gravi dolore, sive afflictione (Ang.).

VERS. 5. — IN CAPITE. Ita Mo. M., vel, *in caput*, (P. Ti. JT. Pi., etc.) id est, superiores sunt, et dominantur ei (V. ex M. sim. Calv. Pi. Ang., etc.) LOCUPLETATI SUNT; ita è. Ar. schalu על prosperè, vel, *felicitèr*, (Ti. Ca.) tranquille, (JT. Pi.) *egerunt*, (P. M.) vel, *agunt*, (JT. Pi. Ca.) *habitaverunt in pace* (V.). *Ante*, etc., *coram hoste*, (JT. Pi. sim. P. Ti. Calv., etc.) non, ab hoste fugientes, ut Deuter. 28, 25, sed, abacti instar jumentorum, ut 2 Par. 28, 58 (Ang.), sequentibus hostibus qui eos abducebant captivos (V.).

VERS. 6. — OMNIS DECOR EJUS, id est, pulchra vestes (Pi.); vel, regnum (V.). Nudata est omnibus ornamentis, templo, regno, sacerdotali, etc. (Calv.). *Velut arietes*, etc., ita è. Ar. *ut cervi timidi* (V.), et veloces, præcipue urgente penuria (Calv.), qui non *inveniunt*, vel *inveniunt*, id est, non habent; non *inveniunt* pro, non esse, ut Luc. 17, 18 (Ang.), *pacuum* (P. Calv., etc.) ANSQUE FORTITUDINIS. Ita Mo. vel, *viribus*, (M. Pi.) quibus se defenderent (Pi.). IMBELLIS, (Ca.; languidi, Sy. Ti.) hoc, cum præcedentibus verbis non nihil transpositis, sic reddunt: *Abeunt ante persequentem, quòd nullus superstiti rigor*.

VERS. 7. — RECORDATA EST, vel, *recordatur*, (JT. Pi. G.) JERUSALEM MERUIM AFFLICTIONIS SUÆ. Ita Mo. P., etc. Quam nunc patitur (G.). Significat cum in splendore suo fuisse quasi ebrum, nec satis reputasse Dei beneficia: nunc autem, quasi ex veteris suo expectatam, sensisse unde ceciderat (Calv.). ET, etc. *Merudeat*. Vocem hanc deducunt, vel, à *rud*, quod sign. *conqueri*, vel *migrare*; vel, à *marad*, *deficere* (idem). Hinc variant. Et rebellionem, vel *pravariationem suarum* (Mo. V.). Quæ cause malorum (G.) Alii, et indigentiarum, etc., (P.) vel, *penurie*, etc., (Calv.) *ploratum*, etc., (JT.) *gemitus*, etc., (Calv.) *ex filiorum*, etc. (Pi.) *transmigrationis*, etc., (M.) *punitio*, etc., (Sy.) *pauperatis*, etc., (Mar.) *DESIDERABILIUM STORUM*. Ita Mo. P., etc., nempe, *pacis*, *omnium*, *regnum*,

fertilitatis, prophetiarum, etc. (V.). Supplendum hic, et: id est, simul tempora felicitatis sue cum his temporibus comparat (G.). Memoriam praeferit felicitatis gravior apparebat haec calamitas (Mar.). DEBUS ANTIQUS. Significat continuam seriem et diuturnum cursum beneficentiae Dei (Calv.) Q. hoc cum praeced. sic redunt: *Jerusalem recordatur hoc tempore quam misera et deserta sit, et quam multa bona olim haberet.* (Strig.) *Veniunt Hierosolyma in mentem cum dies afflictionis suae, et rebellionum suarum, tum omnia expetibilia sua, quibus usa est retrò temporibus.* (Ti.) *Recordatur Hierosolyma suam miseriam, querimoniarumque tempore suas praeteritorum temporum tota iucunditates.* (Ca.) *Deiserunt, etc., vident, vel riserunt, vel deriserunt, cessationes, vel, super cessatione,* (He. in V.) *propter cessationes,* (Pi.) *ejus,* (JT.) nempe, non veteres illas latus, cum sanctificarent in patria sabbatum: sed tristes illas in exilio, quibus cogebantur cessare ab obeundo cultu Dei, etc. (Pi.). Vel, quod cessaret totus ille decor ante nominatus, nempe principes et res omnes desiderabiles (Jun.). Vel, quod cessaret laetitia ejus (He. in V.). Vel, de contritione ejus, (Sy.) vel, super habitatione ejus, (è) vel, sabbatum, sive sabbata, ejus, (P. V. G. ex Vulg. Calv. sic Ti. Mo., etc.) id est, ritus omnes veteri religionis (V.); omnia festa, omnem cultum Judaicum (Ti.). Non dubium est quin gentes probris jam obiectentur Judaeis, ipsos sabbatum agere; q. d.: Ecce, nunc est tempus colendi Dei, licet vobis longum sabbatum et continuum agere. Simili ironia Deus perstringit Judaeos, Levit. 26, 35, 34, 35 (Calv.). Solebant gentes irridere Judaeos ob sabbatum, etc. (T.). Ut Agatharhides, l. 1 contra Appion, ubi vocat *εξουθενωμένους* (pratum morem). Seneca apud Augustinum, de Civit. Dei, 6, 11, *ubi septimam partem* (vite vel temporis ait) *sic perdi vacuando.* Plutarchus de Superstitione, et Rutilius in Itinerario (G.). Persius, sat. 5.

At cum

*Herodis venire dies, unaeque fenestras,
Labra mores tacitos, recitatae sabbata palles.*

Juvenal, sat. 5, de Judaeo:

*Cui septima quaeque fuit lux
Ignava, et partem vitae non attingit ullam.*

Et Judaei saepe dicti sunt *Sabbatarii*; ut Martial. J. 4, et Lucian. de scribendo Historiâ (San.). Mirum vero non intellexisse eos quante esset utilitatis aliquos esse contentos ad docendam veram pietatem, cum alibi templâ essent sine ulla institutione, scholae sine ulla pietate (G.).

VERS. 8. — *PECCATUM, vel, perpetuò,* (Ti.) vel, *gravior,* (Pi.) vel, *flagitium,* (Sy.) *PECCAVIT.* Ita Mo. P., etc., vel, *perpetravit.* (JT. Ti.) id est, gravissimè peccavit (V.); dignissima est his poenis. Non laet cladem patriae, ut increduli, qui Deum saevitiae accusant: ut Virgilius:

*Postquam res Asiae Priamique evertit gentem
Emeritam visum superis*

Et:

*Ferus omnia Jovis Argos
Transiit.*

Sed Deum justum esse vindicem clamat, etc. (Calv.). *PROPTEREA INSTABILIS, etc., fuit, vel, facta est,* (Calv. Pi. G. & Sy.) *in derisionem,* (P.) vel, *commotionem,* (Mo. V. Calv.) *sub capitis, genibus, quae deridentes eam commoverunt caput* (V.). Vel, *horrori,* (Sy.) *lappationi,* (Ar.) *in fluctuationem,* (è) *vel, in migrationem,* id est, dejecta est è patriâ (Calv.). *Abacta est in transmigrationem,* (M.) vel, *captivitatem,* (V.) *variè jactata est,* (Ti.) *ut separata, id est, à iis quibus (mulier menstruata).* Nam impuritates legales figuram habent impuritatam animi. Vide infra, v. 17 (G.). *Tantumquam mulier ex menstruo immunda,* (Pi.) *tantumquam ad immunditiâ separata est,* (JT.) id est, quia peccavit in Deum, conjugem suum, Deus abiecit illam; et separavit à se, ex caeremonia legis, Levit. 12 et 15. Allegoricè enim haec dicuntur (Jun.). *VENERUNT CONSTITIAM, vel, medietatem,* (Mo. JT.) *terripitudinem,* (P. sin. Ti.) *obscuram,* (Ca.) *EVRS.* Ita M., id est, ita contumeliosè tractatam, ut mulieres quibus omnia tegumentum destrahitur (G.); ut scorta hoc pacto publice poena et ignominiae exposita (Ang.). *IRSA, etc., etiam, vel, unde et, M.) ipsa genit, vel, suspiravit,* (Mo.) *genens,* (Calv.) *et avertit se, vel, contra est,* (Calv. Mo., etc.) *retrosiam* (JT. Pi.) *prae pudore* (Ca.): ut solent feminae verecunda (G.), q. d.: Deiecitur omni spe restitutionis (Calv.).

VERS. 9. — *SONDES* (vel, *immunditia,* Mo. M. Ti.) *EVRS,* (Ang.) *semper sanguinis menstrui,* ex collat. vers. praeced. (Pi.). *In fimbriis ejus,* (Mo. P. M. Ti.) etc., *sub haeret* (Pi.). Undequaque manat et conspici se dat profuvium ejus. Perstat in comparatione (G.). *Exponit vel, 1° de culpâ (plerique in Calv.); q. d.: Sine omni verecundiâ peccavit, similis facta mulieri impudenti, quae non veretur menstruum sanguinem in fimbriis publicè circumferre* (V. ex M.). Iniquitas ejus redundat, et omnium oculis potest (Me.). Impudenter se prostituit ad omnia flagitia (Q. in Calv.). Etiam sub extremam cladem publicè fornicabatur (T.). Vel, 2° de poena; q. d.: Ignominia et miseria ejus occultari nequeunt, quin omnibus appareant; ac si mulier laboret tali profuvio, ut sanies diffluat usque ad extremas partes vestium (Calv.). Ca. hoc cum sequent. sic reddit: *Lacinias habet sordibus coquinatas, immemor eorum quae ei sunt à tergo. Per futum agitur in exilium, et ita urgetur à praedonibus ut respiciendi non sit potestas* (Ca.). *NEC RECORDATA EST FINIS* (vel, *necessitatis,* Mo., etc.) *sui.* Sic Calv. Pi., etc., id est: Quid sibi futurum esset, et quam graviter esset puniendi (Me.): quem finem habitura esset impietas ipsius, nempe castigationem divinam (Pi.): vel, poena tantis sceleribus decreta, et jam indigè coacta (T.). Alii: Designat extremam eorum in aernum sine desperationem, quod nihil separarent in futurum tempus, nec animos attollere possent ad promissiones Dei, et in bonam spem (Calv.). *DEOSTRA, etc.* Et vel, *sed,* (M.) *quia,* (Calv.) *idcirco,* (Pi.) *propterea,* (V.) *descendit mirabilibus,* (Mo.) *vel, mirabiliter* (P. Ca. Pi. Calv. sic Ti.) *Nomen adverbii vice ponitur, hic phelaim, alibi phelath, sed eodem sensu* (Calv.). Alii, in, vel cum, *mirabilibus, vel, miraculis, vel, admirationibus,* (M. V.) id

est, admirabili descensu, summâ dejectione et depressione (V.); adeò ut multi mirarentur lamentabilem casum tum florentis urbis et regni (V. ex M.). Dejecta est de gradu dignitatis suae (Pi.). Alii: Prodejecti dejecti sunt et demersi, adeò ut in malis succumberentur quae obtoperent, sicut homines desperati, quæ attenderent ad finem aut spem aliquam (Calv.). JT. totum sic reddunt: *Immunditia sua in fimbriis suis mercedem esse nondum recordata, descendit miraculose, id est, decrevit, et tanquam deiecitur ex arce decoris sui. Agnoscit justitiam Dei perstantis in iudiciis suis propter pertinaciam populi non advertentis ad immunditiam suam* (Jun.). *QUOTIAM ERRECTUS EST, magnificat, vel, magnificavit,* sub se, (V. Pi. JT., etc.) id est, immensa patravit: vel, temerè se factat inimicus, quasi hoc sua virtute factum sit (V.). Quod videtur nobis occasionem dare desperandi, potius non ad bene sperandum animare debet; nempe cum hostes insolentem, et nobis insultant (Calv.).

VERS. 10. — *DESIDERABILIA EVRS.* Non opes intelligit, sed res sacras, altare, mensam, arcam foederis (Calv.); vel, templi, donaria (G.). *QUIA, etc., vel, quod,* (JT.) *imò,* (Pi.) *certè,* (Angl.) *etenim,* (Ti. sic P. M.) *adeoque,* (Ca.) *vidit, vel, videre coacta est,* (Ti. G.) *gentes ingressæ sunt, vel, cum ingressæ sunt* (Calv.), vel, *ingredi* (P. Ti.), vel, *quod ingressæ sunt* (Ang.) vel, quomodò ingressæ sunt, (Angl.) *SANCTUARIUM, id est, vel, terram sanctam, sic dictam* Exod. 15, 17, quam nunc quasi suam possident, Isa. 65, 18 (Q. in Ang.) vel potius, templum (Calv. Pi. Ang.) vel, Sanctum sanctorum (Pi.), *EVRS,* (Mo., etc.) nempe populi; quantum propriè erat unius Dei sanctuarium. Deus quidem sibi sacraverat; verum non propter aliquam utilitatem suam, sed propter salutem populi (Calv.). *NE INSTARENT IN ECCLESIAM TUAM, id est, ne adingerentur coctui sive corpori populi tui* (Me. Ang.): qui nec omnibus jus nobiscum habebant. Vide dicta Deut. 25, 1 (G.).

VERS. 11. — *GEMENS, etc. Suspirantes querentes, vel, querunt,* (P.) *pauper,* (Mo. P.) *genuerunt,* (tempore obsidionis) *quiesiverunt,* etc. (Pi.) *cum genitibus querunt,* etc. (V. sic Ti.). *DEDERUNT* (in obsidione (G.), *PRETIOSA...* ad, etc., *ad reficiendum se,* (JT. Pi.) *ad redudendum, vel, ut refocillarent,* (P.). Hebr.: *ad faciendum quiescere* (V.), *ad retinendam* (Ti.), *ut revocarent* (M.), *animam* (Mo. Pi.), sub. *deficientem* (M. V.). Vide simile 2 Reg., 6, 25 (G.). *Vite recreandæ gratiâ* (Ca.).

VERS. 12. — O vos, etc. Possunt verba legi vel interrogativè, vel affirmativè (Calv.). *Haud, vel, ne,* (Ti.) vel, *nilhil,* (JT. Calv.) hoc *nilhil,* (Pi.) *ad vos, omnes transcentes viam,* (Mo. Calv., etc.) vel, *viatores* (JT.). Variè explicant; q. d.: Video me non vobis esse curæ; nihil ad vos dolor meus. Hoc deflet, quod nulla misericordiâ aut doloris sensu tangerentur. Non autem solis vicinos compellat, sed et incognitos, viatores, ut exprimat cladis magnitudinem, quæ vel remotissimos afficere debet (Calv.). Alii: Sensus hujus versus et trium sequentium est, non esse à gentibus, sed à Deo ipso, calamitates Judaeorum; ac proinde non posse il-

las jure sibi in hæc causa quidquam assumere (Jun.). Alii: *Ne sit vobis grave, etc.,* (P.) *ne vos, sub. veniat quod accidit mihi;* q. d.: Absit ut talia vobis contingant (V. sim. Mar.). Formula est adjuvantis (Mar.), vel deprecantis malum (V.). Alii: *Et vos, è quicumque hæc iter habeatis* (Ca. sim. Ar.) *O vos omnes, etc.* (Vulg.) *Omisit Vulgatus duas voces, lo alchem,* (Cap. crit.). Sed fallitur criticus, nam Vulg. illa verba reddidit, *è vos*: → lo non sumpsit pro adverbio negandi, sed exclamandi, vel obsecrandi, è, et, exemplari non punctato usus legit lo, lu, utinam, quaso. Sic Gen. 25, 15, reddidit Vulgatus: *Quaso cor audias me* (Buxl.). *Lo non semper est deprecantis, sed saepe optantis, ut apparet* Genes. 17, 18 (G.). Alii: *Omnis vos compello qui hæc iter facitis* (Strig.). Alii: *Non, vel, nihilne,* (M. Ang. sub. Ang.) *ad vos?* etc. (Calv. M. Ang. Cap.) q. d.: Nihilne vos illud tangit? (Cap. crit.) *Afflictiones meas spernitis?* vel, non animadvertis, sive curatis? (Ang.) *An non ad vos hoc spectat, omnes?* etc. q. d.: Omnino. T. interrogativum hic deest ante N? ut Exod. 8, 26: *An non lapidatur?* etc.; 2 Reg., 5, 26: *An non cor meum iit,* etc.; Job, 2, 10, Thren. 3, 56 (Glass.). Sunt verba populi in Judeâ relicta, etc., (Me.). Facit loquentem Jerusalem, et querentem, etc. (V.). *ATTENTITE, etc., q. d.: Attenti sicut ut vobis perspicua sit mea calamitas* (Calv.). Sensus loci est, q. d.: Putatis quidem hæc nihil ad vos attingere: sed tamen, si sapitis, attendite penitus, et animadvertite exemplo meo rem longè aliter habere quam existimatis (Jun.).

VERS. 15. — *DE EXCELSO, id est, è coelo* (G. ex Ch. Ang., etc.) *MISIT, Dominus* (Pi. Calv.), *IGNEM* in ossibus meis, vel, *in ossa mea,* (Mo. P., etc.) id est, in vires et robur meum (Calv. Ang.); hoc est, arces munitas (Ang.). Sed malum ossa propriè accipere, q. d., ignem qui non tantum cutem et carnem consumit, sed penetrat usque ad ossa (Calv.). *Per ignem intelligit furorem* (V. ex M.). Alludit forsân ad sulphureos ignes, qui altissimè penetrant (Ang.). *Er, etc., ille,* nempe, vel ignis, vel Deus (Ang.), *dominatus est à,* (Mo. Pi. Sy. V.) sub. *ossi,* (V.) vel, *in ipsa;* mutatio numeri (Calv.): vel, *unicuique ipsorum,* (P. V.) nempe ossium (V. sim. Calv.): vel, *illi,* nempe igni; id est, adhibuit illum ad consumendum me (Pi.) *Cui dominatur,* (JT.) id est, cuius Dominus est et moderator Deus, ac non homines ulli: quod vobis ipsi tribuitis (Jun.). Alii: *Et saviit, vel, et vim suam exeruit,* (Q. in V.) *in ea,* (M. sic Ti.) *qui ea domet,* (Ca.) *cumque permittat dominari* (Strig.). Alii: *Et dominatus est ipse, sub. ignis,* (V. ex He.) *et contrivit ipsum,* id est, innumquodque ipsorum (V. ex He.). *EXPANDIT RETE, etc.,* iudiciorum suorum, quibus me ilaqueavit et constrinxit in ruinam, et ita abstulit omnem elabendi vim (Calv.).

VERS. 14. — *VIGILAVIT, etc. Niseead oi;* verbum hoc nec patrem nec matrem habet in lingua Hebræâ (Calv.); nec alibi in S. S. occurrit (M. ex V.). Nunc variant. *Ligatum, vel alligatum,* (Strig.) *compactum,* (JT. Pi.) *connexum,* (Ca.) *aggravatum,* (Ch.) *est ju-*

gum, vel onus, (Strig.) iniquitatem meam manu, vel, in manu, (Mo. Calv.) ad manum, (Strig.) super manum, (M.) ejus, (P. JT. Pi.) etc. Metaphora ab agricola, qui, postquam jugum alligavit bovi, habenam retinet et implicat etiam manus suas, cui etiam bos obedire cogitur. Ita, inquit, jugum collo meo impositum et impletum ac perplexum est, deinde et ligatum in manu Dei, ut excutere nequeam, nec ulla sit relaxatio (Calv.). Jugum iniquitatum, vocat jugum supplicii sibi ob illas infligendi (Me. sic T.). Alii: Tractum est, etc., vel, acceleratum, etc., (He. in V. AE. Buxt.) protrac-tum, etc., (AE. ib.) vel, impressum, etc., (Ti.) punctis quibusdam designatum est, etc., q. d.: Deus quibusdam notis designavit, ut illorum recordetur (Q. in V. sim. RS. in Buxt.): ex significatione verbi sacer, quod RR. signif. purgare (Buxt. vind. 2, 8, 564). Alii verbum aliter reddunt, et *et beando* cum sequentibus nectunt. *Vigilavit*, id est, cito venit, vel festinavit (Mar. Me. etc.), *jugum iniquitatum meorum*: in manu ejus convolutus sunt. (Vulg.) legit *schocad* (Cap. crit.); sed melius est sacer (G. Buxt.), ut Hebraei codices constanter legunt (Buxt., ib. 565). Alii tamen lectionem *schacad* sequi videtur. *Vigilavit super impietates meas* (2. sim. Ar.). Pro *ol*, legerunt, *al*. Sed si ita licebit mutare, quid tandem non licebit? (Ibid.) *In manibus meis complicatae sunt* (2), vel, *reincarceratus manus meas*, (Ar. Al.) *exporrecta sunt contra me peccata mea, et manibus ejus aptata sunt jugo colla mea* (Sy.). Sed non placent haec versiones. 1° Sic nova vox, et nova phrasis, erit tingenda. *Schacad* quidem in *kal* id significat; et *nischacad* in *niphal* insinuat est. 2° Sic turbatur ratio accentuum, secundum quos *beando* precedentibus est conjungendum (Buxt. ib. 564). *CONVOLUTUS*, etc., *impleta*, vel, *contorta* (Pi. G.), ut fila in funem (Pi.); ut lines qui graviter collo insidunt (G.): vel, *involutae*, ut ramensuli arborum (V.); *perplexae*, (Calv. Mo.) sunt, (P. sic M. Calv.) sub. *illae*, (Pi.) nempe poenae mihi inmissae (Aug.) *ascenderunt*, vel, et *ascenderunt*, (Pi.) *super collum meum*, (P. Mo. Pi. Calv., etc.) Alii: *Quibus contortis, et ascendentibus, etc.*, (JT.) *quae conserta meam cervicem superscandunt* (Ca.) *INFIRMATA*, etc., *corruiere fecit*, vel, *dejecit*, (Ti. Ca.) *debilitavit*, (Calv.) *labefactat*, (JT.) nempe, vel, 1° Dominus (Pi.); vel, 2° jugum illud (V.); *vires meas* (P. sic Pi. M. Mo., etc.) *DEDIT ME DOMINUS IN MANUM, etc.* *In manus*, sub. *eorum*, (JT. Pi. Calv.) vel, sub. *hostium* (P. sic Calv. M.), vel, sub. *eorum transgressionum*, (V.) et sub. *2*, vel, *2*, *quibus*, (P. JT. Pi. V. Calv. Ti.) vel, cum *quibus*, (V.), vel, *unde*, (Ca.) *non potero surgere* (Mo.), etc.

VERS. 15. — ANSTELIT, etc., ita *2*. *Conculcavit*; vel *prostravit* (Mo.); omnes *fortes*, sive *validos*, meos in medio meo (P. Calv. JT.), q. d.: Non ceciderunt in acie, sed in medio sinu urbis: quod signum fuit celestis vindictae (Calv.). Vel, qui *intra me* erant, (Pi.) *VOCAVIT*, etc., vel, *indixit*, (Ti. V.) *convocat*, (JT.) *promulgavit*, (Pi.) *super*, vel, *in*, sive *contra*, (Ti. Pi. Sic P. M. JT., etc.), *me conventum*, vel *congregationem*, (Mo. P. JT. Sy., etc.) vel, *tempus*, M.

Ti. Calv. s. Ar.) vel, *solemnitatem*; q. d.: Convocavit contra me multitudinem hostium, nempe Chaldaeorum, qui letis animis me aggredierent, (Pi.) *ad conterendos*, etc. (Calv.) *TORCULAR*, etc., vel, *torculari*, (Ca.) seu *torculari*, (Ar. sic Sy.) tanquam *torculari*, (Ti. Angl.) *calcavit*, vel *calcavit*, *Dominus virgini filiae Jehuda*, (Mo. P., etc.) vel, *virginem*, etc. (Ti.) *in virgine*, etc. (M.) *super virginem*, etc. (Calv.) id est: Tradidit populum suum hostibus, ab eis concalcandum velut in torculari (V.). Expressit ei sanguinem, ut vinum solet exprimi in torculari (G.). Per hostes interfecit eam, etc. (Pi.)

